



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

De alienatione rei in specie. parag. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

cunia usuraria est in possessione ipsius Usurarii, debeat potius reddi ipsi Mutuarii, à quo illa pecunia habita fuit, & sic ipse debeat præferti ex teris Creditoribus forte anterioribus, & privilegiatis dicti Usurarii, sicuti ex Delugo d. go a præteruntur ii, qui pecuniam dant ad 10. de Iusti reparationem, vel consecrationem rei, alia est sum. 15. quæstio alibi decernenda.

## CAPUT VIII.

## De Alienatione rerum acceptarum per Usuram factam ab Usurario.

## §. I.

## De Alienatione rei in Specie.

**R**EGLA prima. Si extet apud Usurarium res ipsa aliena in specie, seu, ut nos Theologi loquimur, in individuo, nec suis rebus immixta, non potest à te illa acceptari, nec ab ipso potest alienari. Ratiō est, quia res aliena, qualis est hæc, in b. nō stra sententia, in qua dominium non fuit translatum in Usurarium, in invito Domino, contractari non valet. Quarē, si mala fide accipis, teneberis ex injusta acceptione, si bona fide, seu ignoranter, teneberis ex re accepta iuxta universalis restitutionis leges.

2. Duas hic exceptiones invenio, alteram de rebus usu consumptibilibus, seu functionem recipientibus, pura pecunia, vino, frumento, & similibus, Alteram, de rebus aliis. Quoad res consumptibiles, Valentia e. ait, in 3. d. 5. q. 21 hisce rebus prædictam regulam non omnino procedere: quarē, si per Donationem, vel venditionem habuisti, ab Usurario oleum, vīnum, pecuniam ipsam in individuo Usurarium, si ex hac venditione, vel donatione dictus Usurarius non factus est impotens ad restituendum, non obligaris restituere. Ratio est (inquit) quia res usū consumptibles, cum ex se requirant restituui in aliquo æquivalente, transfeant statim in dominium ejusdem possessoris. Verum efficacior ratio prædictæ doctrinæ illa esse mihi videretur, quia nimis, si Usurarius non est factus impotens, tunc Creditor, seu Dominus cum totam actionem habeat contra Usurarium, à quo recipere suum potest, non est, unde sit involuntarius contra

te, qui bona fide, accepisti; Nam, si accepisti mala fide, in invalidam esse acceptationem, tēque esse obligatum ad restituendum ex radice in justæ acceptationis, dubium non est.

3. Circa hanc exceptionem habeat hic studiosus sequentem considerationem.

Delugo d. sic habet: Medina dixit, si eiusmodi Delugo d. res sunt usū consumptibiles, & quæ functionem d. 20. de recipiunt in proprio genere, posse ab Usurario, & Iust. nu. alii validè alienari, si ex hoc non sit impotens ad 304. restituendum Creditoribus: quam sententiam communiter omnes alii rejiciunt, quia ii non possunt transferre dominium, quod non habent. Hæc Delugo.

Bonacina autem sic habet: Addunt Medi- c. Bon. d. 3. na, & plures alii Doctores apud Salas de Usuris de contracto disp. 40. n. 3. contra Petrum à Navarro, vali- q. 3. p. 14. dum est contractum ab Usurariis factum, non so- n. 3. V. Ad- rumetiam de aliis, quarum dominium non ha- bent, sed recipiunt functionem, & sunt usū con- sumptibiles. Opinio istorum Doctorum probabilis est, sed intelligenda cum Molina disp. 330. modo Usurarii habeant alia bona, quibus commode possint satisfacere. Tunc enim Creditores non cen- sentur inviti circa alienationem rei sua, & con- sequenter transfertur dominium in accipientem. Ita videtur sentire Salas dubio 42. n. 3. cum Sa- lonio, Bannes Aragonio. Hæc Bonac.

4. Vidisti? Delugo dicit, doctrinam Medi- na ab omnibus rejici, & etiam Bonacina eam amplectitur, aliosque eam amplexos esse, re- statur. Et nihilominus puto, hos Doctores non esse contrarios; nam Delugo loqui vide- tur, seu loqui debet ex ipsa natura dominii, Bonacina vero ex interpretativa voluntate Mutuatarii, quod certè non negabit Delugo, qui in sequenti exceptione interpretativam hanc voluntatem admittit, ut jam subdo.

5. Alteram exceptionem invenio apud prædictum Delugo f. de rebus functionem D. del. disp. non habentibus, puta, Veste, vase argenteo, 20 de Iust. Torque Aureo, &c. excipitur, inquit, quidem n. 105. illam ab Usurario emit, quando presumi facile potest consenserit Domini: Unde excusari possunt, qui pignora ab Usurariis emunt, ut ab Hebreis, quia Domini nos solent multum curare, ad quos postea perveniant ille res. Hæc Delugo, quibus confirmatur, ut dixi, doctrina à nobis tradita n. 2. fine.